

publice oriatur; juxta dispositionem Concilii Trid. in supra relato Capitulo, & in casu negligentie Superiorum Regul. esse locum praefationi termini, sicut ab Episcopo, ita etiam a Rever. Nuntio, ut eo transacto jurisdictione ad ipsum devolvatur, juxta censuram Concilii praedicti. Verba autem illa in primo dicto Privilegio Clementis VIII. Ut idem Regulares sciant, se, praeter eorum Superiorum correctionem, nostram etiam animadversionem incururos: intelligi semper debere de Regularibus devotis, & errantibus, & extra claustra vitam degentibus, non obstante quacumque asserta contraria observantia. Literas apostolicas proinde ejusdem Urbani IV. & exemptiones ibidem concessas eidem Congregationi Montis Virginis, ac sententiam per eundem Cameram Apostolicam Generalem Auditorum in criminalibus latam praedicta die 22. Novemb. 1671. in qua pronuntiatum extitit: Reverend. Nuntio nullum jus competisse, & competere cognoscendi causas civiles, criminales, & mixtas, praedictorum Monachorum Congreg. Montis Virginis intra claustra, cum requisitis Concilii degentium, etiam extra ea delinquentium, & in delicto deprehensorum, esseque privative subjectos eorum Superioribus Regulari, juxta exemptionem ipsorum favore concessam in praedictis literis Urbani IV. & Concilio Trid. praedictis, in omnibus, & per omnia confirmamus, approbamus, convalidamus, & renovamus, suumque debitum sortiri effectum, ac omnimode executioni perpetuis futuris temporibus demandari apostolica auctoritate statuimus; Decernentes presentibus nostris literis, licet non admittis, neque in Camera nostra registratis, nullo unquam tempore opponi de subreptione, obreptione, vel alio quovis vitio, aut defectu voluntatis, vel intentionis nostrae, etiam ex eo, quod modernis Nuntiis in regno Neapolitano, ejusque Promotor Fiscalis, & alii quicumque in praemissis forsitan interesse habentes, vel habere quomodolibet praetendentes, ad hoc vocati, citati, vel auditi non fuerint, vel ex alia quavis causa quantumvis valida, legitima, urgenti, & juridica, etiam necessario exprimenda, notari, impugnari, invalidari, ad terminos juris reduci, ac in jus, & controversiam revocari, aut adversus illas quodcumque juris, & facti, vel gratiae remedium imperrari posse; sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, Commissarios, Delegatos, tribunalia, collegia, etiam S. Rom. Ecclesiae Cardinalium Congregationem particularem, ut supra deputatam, a latere Legatos, Nuntios Apostolicos, causarum palatii apostolici Auditores, & alios quavis auctoritate fulgentes, semper judicari, & definiti debere; Sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate; ac ex nunc irritum, & inane, nulliusque roboris, & efficaciae declarantes quidquid secus super his, & circa ea quavis auctoritate, etiam a Nobis, vel Successoribus nostris pro tempore existentibus contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, necnon dictis constit. Clementis VIII. ut supra editis, & quacumque asserta contraria observantia; altera constitutione fel. rec. Pii IV. patris praedecessoris nostri de registrandis, regula. Cancellariae nostrae Apostolicae de jure quesito non tollendo, conciliaribus etiam universalibus, & provincialibus, & quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, per Nos, & Romanos Pontifices praedecessores, sub quibus tenoribus & formis, ac cum quibusque etiam derogatoriis derogationibus, aliisque efficacioribus, ac insolitis clausulis irritantibus, & aliis decretis in genere, & in specie, etiam iuratis vicibus, & motu simili concessis, approbatis, aut innovatis legibus, statutis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia corroboratis reformationibus, consuetudinibus, ceterisqueque aliis in contrarium quomodolibet disponentibus: quibus omnibus, & singulis, ac omnibus aliis hic non expressis, de quibus specialis, specifica, expresse &c. ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quavis alia spe-

ificatio habenda, vel aliqua alia forma ad hoc servanda foret, illorum tenores presentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris hac vice dumtaxat, harum serie, motu, & scientia similibus specialiter, & expresse derogamus, ac plene, & sufficienter derogatum esse decernimus, & declaramus.
 Darum Romae ex nostro Palatio Apostolico Vaticano hac die 26. Martii 1729.
 Sed an in constitutione Clementis XII. incip. Romanus Pontifex 7. Kalend. Aprilis 1732. (quam ad literam retulimus supra ad verb. Privilegia, art. 3. n. 64.) cum aliis recensitis ibi bullis fuerit hic motus proprius Benedicti XIII. revocatus, ut Concil. Trident. non omnino conformis, dubitari potest.
 Insuper facultas puniendi Regularem vere degentem, & praevicantem scandalose extra claustra competet sane Episcopo, ut praemissum est n. 43. verb. Insuper: sed cumulative cum Superiore ejusdem delinquentis, non privative, quia privativam non exprimit Tridentinum, nec aliud Sedis Apostolicae decretum, ut advertit Lauretus de Franchis prima part. Controvers. in addition. n. 117. allegans plurimos; ita quod Regularis ipse Superior posset causam utique praevinire, & contra captum, sive habitum rite procedere, juxta constitutiones Ordinis puniendum. Anacletus Reiffenstuel cit. n. 115. de Offic. Jud. Ordin. sequens Lauretum. Hac ille expressit verbis.
 Regulares curam subditorum secularium assumere nequeunt absque consensu, & approbatione Episcopi. Benedicti XIV. t. 1. constit. 109. incip. Firmandis, §. 11. Regulares curam animarum exercentes, vel Sacramenta quovis titulo administrantes, subsunt in his jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcoporum. Idem ib. §. 2. & 3. Quod intelligitur de jurisdictione Ordinaria, non vero delegata. Idem ib. §. 12.
 Regularis Parochus exemptus est a visitatione, & correctione Episcopi in his, quae pertinent ad observantiam disciplinae regularis. Idem ibidem §. 8. Non autem in his, quae spectant ad mores, & exemplarem vivendi rationem. Idem ibid. §. 8. Multoque minus in his, quae pertinent ad ipsius officium parochiale. Idem ibid. §. 9. Regularis Parochi correctio competit tam Episcopo, quam superiori Regulari, cum praeponderantia favore Episcopi. Idem ibid. §. 10. Ipsius remotio decerni potest tam ab Episcopo, quam a Superiore Regulari, absque alterius consensu. Idem ibid. §. 11.
 Exempti tamen sunt ab Episcopi visitatione, & correctione Parochi Regulares, qui curam exercent in ecclesiis eorum monasteriorum, sive locorum, in quibus Abbates, aut alii Superiores Regulares jurisdictionem Episcopalem & temporalem in Parochos, & Parochianos habent. Idem ibid. §. 12. Nisi Episcopus probe ampliore jurisdictionem ex alio capite sibi acquisitam esse. Exempti sunt etiam animarum curam gerentes in ecclesiis eorum monasteriorum, in quibus Abbates Generales, seu Capita Ordinum sedem ordinariam principalem habent. Idem ibid. §. 13. Quod non extenditur ad residentiales aliorum Praesulum Regularium non Generalium. Idem ibid. §. 13.
 Illa autem dicenda est Superioris Generalis residentia ad effectum hujusmodi exemptionis, quae a Constitutionibus, vel a consuetudine Ordinis praefinitur. Idque tantummodo monasterium, non vero aliud, in quo quacumque de causa Superior Generalis commoratus fuerit pro ordinaria sede haberi praecipit, licet ipse Generalis ibi actu non resideat. Idem ib. §. 17. Vel si a constitutionibus, vel consuetudine alicujus Ordinis residentia non sit praefinita, illa erit pro residentia ordinaria habenda, quam Superior Generalis, seu Caput Ordinis, initio Generalatus elegerit. Verum si facta semel hujusmodi electio, eandem postmodum variare praesumpserit, declarat, neque monasterium initio electum, neque alterum, etiamsi cum sua curia eo se transtulerit, privilegia ordinariae & principalis Generalitatis Sedis habiturum. Idem ibid. §. 18. Hac exemptione non gaudent aliae Parochiae hujusmodi monasteriis uni-

unitate. Idem ibidem. §. 15.
 Episcopus pro dictorum exemptorum Parochorum remotione potest instare apud Superiorem Generalem, si cognoverit, parochiam non recte administrari, & aliquando etiam debet pro sui officii munere, implorata quoque, quatenus opus sit, Apostolicae Sedis auctoritate, si nempe Generale praedictum, aut reluctantem, aut Parochus plus aequo faventem invenerit. Idem ib. §. 16.
 Et in his etiam praeservatur majus jus, quod Episcopo aliis acquisitum fuisse probetur. Idem ib. §. 19.
 In Regularium ecclesiis parochialibus Episcopus visitare potest illud dumtaxat altare, in quo SS. Eucharistiae sacramentum asservatur, & consequenter Sacrum ipsum Tabernaculum, fontem Baptisterii, si ad sit, confessionale Parochi, pulpitu Ecclesiae, a quo Parochus jus habet Verbi Dei annunciandi, Sacramentum pariter ecclesiae ad inspicendum locum, in quo asseritur sacra supellex pro sacramentis administrandis, sepulchrum, & coemeterium parochiale, turrim campanariam, dummodo in ea sint campanae ad parochiam proprie spectantes, ac deum praeter res supra enuntiatas, omnia sacra vasa, quibus vel pariter consecrata servantur, vel sacra olea, vel aqua Baptisterii, vel alia ritae benedicta, quae pro ingredientium aspersione ad ecclesiae fores non consuevit. Idem ib. §. 7.
 In Regularibus ecclesiis, sive parochialibus, sive non, potest Episcopus Confirmationis sacramentum arbitrio suo ministrare. Idem ib. §. 6.
 Regularis Superioris approbatio ad confessiones non suffragatur, ut quis absolvere possit a peccatis, & censuris reservatis in vim indulti Apostolici requisitis approbationem Ordinarii. Idem constit. 100. incip. Apostolica indulta §. 6.
 Regularibus non suffragatur indulgentia Cruciate quoad electionem Confessarii pro absolute ad censuras, & peccatis reservatis. Idem ib. §. 7.
 Regulares Superiores an expectare debeant consensusum Episcopi, ut Clericum Secularium ad habitum suae Religionis admittere possint? In jure pariter cautum non reperitur, quamvis hujusmodi consultatio inter Episcopum, & Superiorem Regularem, ut unucuique sua ratio constet, ipseque Superior Regularis ab Episcopo edoceri valeat de idoneitate Clerici, nunquam interdicta fuerit, nec ipse Pontifex eam vetare intendat, quin potius illius utilitatem, atque opportunitatem agnoscat, resolvens opus non esse ad id nova constitutione. Idem ib.
 Non licet Episcopis in synodis derogare privilegia a Sede Apostolica concessis Regularium Ordinibus. Bened. XIV. De synodo dioecessana lib. 7. cap. 41.
 Num. 1. adductis ad id pluribus iuribus. Regulares enim saepe conquesti sunt Episcopos in synodis praecipua, & statuta emisse de regulari observantia, cum verbo praecipimus, seu statuimus: Quapropter Sacra Congregatio Concilii iustam agnoscens Regularium querelam, verbum illud praecipimus, seu statuimus, nedum a dioecessana, verum etiam a provinciali synodi constitutionibus jussit expungi, & decretum in hunc modum reformari. Intelligant Regulares se teneri ad regulae, quam professi sunt, normam, vitam institueri. Idem ibid. cap. 43. numer. 1. ex Fagnano in cap. Quoad super his num. 15. de majoritat. & obedient.
 Possunt tamen Episcopi tamquam Sedis Apostolicae delegati plura sancire quoad Regulares. Idem ibid. num. 3. Et praecipue ea, in quibus subdantur ipsis, juxta allata in hoc art. Et signanter Regulares obstringuntur constitutionibus synodalibus in his, quae respiciunt curam animarum, administrationem Sacramentorum, & jurisdictionem Episcopi delegatam. Idem ibid. l. 8. cap. 4. num. 5. Ex Concil. Trident. sess. 25. cap. 11. de Regularibus & cap. 1. de Privileg. in 6. Et ad evitandum scandalum, tenentur etiam aliis constitutionibus, licet non semper sub gravi. Idem citat. num. 5. Tenentur servare festum indictum, & interdictum promulgatum ab Episcopo, non tamen jejuniis.
 Ferrar. Biblioth. Tom. VIII.

nium, in synodo, vel extra denuntiatio; nisi alia 114
 esset antiqua consuetudo, aut scandalum urgeret, Idem 115
 ibid. num. 6. & 7.
 Praemonstratensis Ordinis Canonici, & Moniales 115
 sunt a jurisdictione cujuscumque Ordinaris exempti, & S. Sedi immediate subjecti. Benedicti XIV. const. incip. Super eminenti §. 1. & seq. Eodem privilegio gaudent 116
 monasteria, priores, ecclesiae, praedia, & res quacumque ad eundem Ordinem pertinentes. Idem ibid. §. 5. & 7. Hac tamen exemptione uti non possunt 117
 canonici cura animarum addicti in his, quae ipsam curam respiciunt. Idem ibid. §. 8.
 Regularis S. Officii Consultor nequit a Superioribus 118
 Regularibus sine causa, & inconsulta Congregatione Sacrae Inquisitionis a loco removeri. Benedicti XIV. const. incip. Ad Supremum §. 33.
 Regulares sunt ab Ordinariorum jurisdictione exempti. Benedicti XIV. const. incip. Apostolicum Ministerium §. 3. Tamen extra dioecesim, ubi prompti sunt, Ordinem in alienis ecclesiis exercere non possunt, nisi Ordinario, ejusque Officialibus testimoniales suorum Superiorum exhibeant. Idem ibid. §. 6. Multoque minus licet ipsis secularium confessiones audire, nisi approbati fuerint a loci Ordinario. Idem ibid. §. 7. Nihil obstantibus amplissimis quibuscumque privilegiis, ac etiam consuetudine. Idem ibid. §. 7. Et approbare potest Ordinarius Regulares ad excipiendas secularium 120
 confessiones indefinite, & cum praefatione temporis. Approbatus autem indefinite sine causa suspendi non potest. Idem ibid. §. 9.
 Regulares in his, quae curam animarum, & administrationem Sacramentorum respiciunt, subsunt jurisdictioni, & visitationi Episcopi; nihique hac in re ipsorum privilegiis juvantur. Idem ibid. §. 12. & 13. Idque obtinet, sive Regularis Parochus sit, sive plura, vel unum Sacramentum secularibus ministret, sive in seculo, sive annuente Episcopo. Idem ibid. §. 14. Non tamen subjiciuntur in his, quae Regularem observantiam respiciunt; nisi maneant extra claustra, vel publice delinquentes, a superioribus, post interpellationem Episcopi, non corrigantur. Idem ibid. §. 15. Superior autem Regularis potest sibi subditos, non solum in his, quae sunt Regularis observantiae, sed etiam curae animarum, & administrationis Sacramentorum, punire. Idem ibid. §. 37.
 Regulares, ob mutatam rerum faciem, in Indiis Occidentalibus, non fruuntur amplius privative jure obtinendi parochias, aliaque officia curata. Benedicti XIV. const. incip. Cum aliis §. 2. & seq. Immo qui 122
 illis praepositi sunt, tamquam ad nutum amovibiles, possunt nulla expressa causa, ab Ordinario, aequae ac a Superiore Regulari amoveri. Idem ibid.
 Alia vide verb. Missionarii.
 Regularibus Missionariis in Angliam ablegatis unus 123
 superior est praeficiendus, qui eos visitet, & corrigat. Bened. XIV. const. incip. Apostolicum Ministerium §. 19. Elapso sexennio debent eisdem ad regiones catholicas, & proprii Instituti claustra redire; tres menses in iisdem manere, ac quindecim dies spiritualibus exercitiis vacare. Idem ibid. §. 20. Reservantur iisdem fundationes, quas haecenus possederunt. Idem ibid. §. 22. Indulgentias suis Ordinibus peculiariter concessas publicare prohibentur, dignis enim de causis in Anglia Indulgentiae Regularibus ad communicandum, sive publicandum concessae suspenduntur, & Vicariis Apostolicis delegatur largitio Indulgentiae quater in anno. Idem ibidem.
 Regulares non parochi secularium confessiones excipientes, an confitentis casuum pro clero seculari statutis interesse debeant? Ad id juxta adducere quae tradit Bened. XIV. in Appendice ad tom. 4. sui bullarii, pag. 25. & seq. ut sequitur.

Lettera circolare della Sagra Congregazione della disciplina, diretta a Superiori d'Italia, e dell'Isole adiacenti, sopra il dubbio se li Confessori Regolari non Curati, siano obbligati ad intervenire alla Conferenza dei casi morali, ordinata dalli Vescovi nelle loro Diocesi.

§. 1. «Altre volte è stata esaminata nelle sagre Congregazioni l'istanza d'alcuni Vescovi di poterle astringere li Confessori Regolari non Curati a dovere intervenire nella Conferenza de' casi morali, da detti Vescovi in certi giorni della settimana destinati, e varie furono le risoluzioni, secondo la diversità dei casi, i quali nelle medesime furono proposti. Essendosi poi conosciuto il pregiudizio, che recava all'Osservanza della disciplina regolare il dovere assistere alla detta Conferenza in quel tempo, in cui dovevano i Regolari adempire i di loro Uffici Claustrali, è l'abuso, che si era introdotto tra i Confessori suddetti, i quali col pretesto di dovere assistere alla detta conferenza, non volevano indi venire all'altra stabilita dalla san. mem. di Clemente VIII. e delle loro Costituzioni dentro i Chiostrì: per potersi in tanto dare l'opportuno rimedio a questi inconvenienti, molti Procuratori Generali, specialmente quello dei Minori Conventuali, hanno stimato cosa necessaria il dover far ricorso a questa Sagra Congregazione della disciplina, per poterne sentire la finale risoluzione, e colla quale si potessero in avvenire togliere tutti i contrasti. Riferitasi perciò questa causa in essa Sagra Congregazione dall' Eminentiss. Sig. Card. Guadagni Prefetto della medesima sotto il seguente dubbio.

«Se li Confessori Regolari, non Curati, siano, o no obbligati ad intervenire alle Conferenze dei casi di coscienza dai Vescovi nelle di loro Chiese secolari stabilite?

§. 2. «Ed essendosi, prima di darli la risposta al dubbio suddetto, considerato, che questa materia era stata già magistralmente esaminata, è risolta a favore dell' Regolari nella S. Congr. del Concilio, nel tempo, in cui la Santità di Nostro Signore Papa Benedetto XIV. era Segretario della medesima, in una causa de Aquapendente = *Visitationis Sacrorum Liminum* 12. Martii 1718. inserita nella Notificazione 15. = al §. del Confessori Regolari, nel Tomo 5. delle Notificazioni, ed Editti della Santità sua, quando era Arcivescovo di Bologna. Fu di comun consenso risposto al dubbio suddetto nel di 19. Maggio del corrente anno 1752.

«Negative, & dantur decreta aliis in re hac emanata, scilicet a S. Congr. Concilii in una Aquispendii Visitationis sanctorum Liminum 12. Martii 1718. & in Foro Sempron. 12. Maji 1685. Referita nel Foglio della citata causa d' Aquapendente. Et ex Sac. Congr. super statu Regularium, in una Maceraten. 15. Januarii 1682. Quali tutte si danno per extensum nel fine della presente lettera.

§. 3. «Passò poi essa Sagra Congregazione nel dare l'opportuno provvedimento sopra l'abuso introdotto in alcuni Conventi, nei quali, o per negligenza, o per ignoranza dei Decreti suddetti non vi si tiene la lezione della morale, né vi si fanno le conferenze dei casi giusta il Decreto di Clemente VIII. e delle di loro Costituzioni Regolari, con ordinare, siccome colla presente ordina a tutti i Superiori Regolari d'Italia, e delle Isole adiacenti, l'esatta, e puntuale osservanza del citato Decreto di Clemente VIII. e delle di loro Costituzioni circa la lezione della morale, e la conferenza dei casi di coscienza, da farsi imprevedibilmente in tutti i Conventi del di loro Codice, tanto in quelli, nelli quali vi è la sufficiente Famiglia dei Religiosi, quanto nei piccioli Conventi, dove però vi sono Confessori Regolari approvati dai Vescovi per ascoltare le confes-

sioni dei secolari. E coll' espressa condizione, che qualora dentro i Chiostrì non venissero eseguiti ad unguem i Decreti di Clemente VIII. e le Costituzioni della loro Ordine, le quali prescrivono la lezione della morale, e la conferenza dei casi di coscienza, da farsi dentro i loro Conventi o Monasteri, in detto caso siano tenuti, ed obbligati i Confessori suddetti Regolari ad assistere, ed intervenire alla conferenza dei casi stabilita dai Vescovi. S' incarica intanto ai detti Superiori Regolari, di fare eseguire quanto nella presente Lettera si contiene, acciò con effetto restituisse adempiti i Decreti di Clemente VIII. e le Costituzioni dei loro rispettivi Ordini, le quali hanno prescritta, è stabilita la detta lezione di Morale, e conferenza di casi, come un punto principale dell' osservanza della Regolare disciplina dentro i Chiostrì: e di dover trasmettere la presente lettera in tutti li loro Conventi, e Monasteri, con farla ivi leggere due volte l'anno, tenendola affissa nel luogo solito, e registrarla nelle loro Segretarie, acciò non si possa allegare causa d' ignoranza in contrario. Per esser così, è non altrimenti l'intenzione di Nostro Signor, a cui essendo stata fatta da Monsignor Segretario la relazione di tutto il contenuto nella presente Lettera, si è benignamente degnato di approvarlo, e di confermarlo. Dato dalla nostra solita Residenza questo di 8. November 1752. = F. G. A. Card. Guadagni Prefetto = F. Solazzi Arcivesc. di Tregre Segr.

Decretum Sac. Congregat. Concilii in una Aquispendii visitationis Sacrorum Liminum editum 12. Martii 1718.

In relatione stance ecclesie de more ab Episcopo Aquispendii ad hanc Sacram Congregationem transmissa, legitur ab eodem institutas fuisse in sua diocesi conferentias, sive Congregationes pro discutiendis casibus conscientie, quae singulo quoque Mense coguntur, cuique diligentissime interveniunt omnes Parochi, & Sacerdotes, quibus fidelium sacramentales confessiones commissa sunt, & reliquis ecclesiasticorum coetus.

In eadem relatione habetur, quatuor esse Conventus Regularium in civitate Aquispendii, Augustinianorum videlicet, Minorum Conventualium, Cappuccinorum, & PP. Minorum Observantiae, & Religiosos in iisdem degentes saepe saepius non esse in numero a sanctionibus apostolicis praescripto.

Rursus in citata legitur Relatione, alios quinque esse Religiosorum conventus in diocesi, duos PP. Minorum Observantiae, alterum in terra Canini, alterum in terra Farnesii, ubi pariter existit conventus Cappuccinorum; quartus conventus est ille Servorum Beatae Mariae Virginis, qui est in terra Ischia; & postremus est Conventus Carmelitarum in oppido Cellularum, qui est Episcopi visitationi subiectus.

Tandem in relatione, aliis praetermissis dubiis, quae speciale non merentur discussionem, proponit Episcopus: An Regularibus, qui subditorum confessiones audire cupiunt, liberum sibi sit, & licitum, conditionem in concedendis facultatibus injungere, interessendi videlicet mensuris disceptationibus, & Congregationibus casuum conscientiae.

Pro parte affirmativa ponderari posse videtur, id non esse novum; Clar. etenim mem. Cardin. de Luca in annotationibus ad Concilium Tridentinum discurs. 2. num. 12. dicit, id futurum esse maximopere proficuum, tum ut Episcopus perspetas habeat opiniones omnium suorum Confessoriorum, tum ut quantum possibile est, uniformis sit Confessoriorum doctrina in materia morum, & signanter contra id, in qua saepe saepius Theologi dissident a Theologis, & a Canonistis, quibus addi posset, collationem hanc omnium Confessoriorum, tam secularium, quam regularium, futuram esse non inutilem pro animorum unione, juxta ea, quae habentur in actis ecclesiae Mediolanensis Tomo 1. pag. 4. in Instru. Confess. p. 647. Ideo Regularium Superiores Confessorios suos saepius

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum omnium quidem ecclesiarum, tum earum praesertim, quae in remotissimis regionibus sunt constituta, decet Apostolicam Sedem curam gerere. Fideles enim illic degentes, vel ecclesiae corpori recens inserti, vel undique paganorum ritibus, & superstitionibus circumdati, nisi novarum plantarum instar foventur, irrigentur, diligenterque custodiantur, periculum est ne paulatim arescant, in eisque fructum, quem optat coelestis Paterfamilias, non adveniatur. Hinc Romani Pontifices Praedecessores nostri, quorum exemplum Nos quoque secuti sumus, in casdem regiones Seculares & Regulares Clericos bene multos, qui in agro Dominico operantur, mittendo curarunt. Sed infensissimus humani generis inimicus, qui inter frumentum zizania supereminare solet, discordiarum semina inter eorum aliquos spargere adeo consuevit, ut non raro sui muneris oblitus, ac apostolicae legationis immemores, pro eo quod gentibus ac populis sedentibus in tenebris, & regione umbræ mortis fidei lucem ingerere, & ad veritatis agnitionem perducere, eurent, ipsi inter se levissimis de rebus maximas contentiones ineant: quod interdum eo usque protenditur, ut eodem temporis, ac loci vestigio, quo Evangelium salutis afferunt, & pacem christianam annuunt, quam Christus discipulis suis velut unicam hereditatem testamenti reliquit, eas ipsi turbas excitant, ut qui eis adhaerent, pro partium studio etiam ad arma concurrant, ac manus inter se non sine honorum omnium gemitu conferant. Id verò eo acerbius ferimus, quò eorum disidia catholicae fidei propagationi summo esse impedimento propemodum videamus, atque in messe multa veros Operarios adhuc paucos doleamus.

Dissidiorum causa ejusmodi est, quod dum è Regularibus nonnulli in vindicandis privilegiis toti occupantur, interim opus ministerii sui, in consummationem Sanctorum, & in edificationem Corporis Christi, negligentes interdum quod ore docent, ac verbis adstrunt, factis negare, ac manu destrucere videantur.

Nuper siquidem, non sine intimo cordis nostri dolore, accepimus, in regno Tuniki in Indis Orientalibus Regulares nonnullos, qui eodem ad Christi religionem propagandam, missi sunt, sub obtentu conservandorum privilegiorum, quae Regularibus eisdem ab Apostolica Sede concessa fuerunt, Conservatores Judices, ut vocant, praeter ordinem, & contra apostolicarum constitutionum spiritum ac mentem tales sibi delegisse, quos nec ipsa instituti sui ratio patere, quippe eò temeritatis pervenerunt, ut in Apostolicos nostros Vicarios ibidem degentes quorum auctoritatem, ut religiosos viros decet, revereri debuissent, maximo cum christiani nominis apud Ethnicos ipsos dedecore, gravique cum perturbatione illarum ecclesiarum, excommunicationis, & suspensionis, & interdicti sententiam ferre non dubitaverint.

De quibus omnibus cum à Vicario Apostolico ad Nos essent delatae querae, requiem non habuit carum nostra, sed videntes tumultum in domo Dei, in qua ne contentiones quidem Apostolus patitur, pro Summi Pastoralis officio duximus tanto malo validioribus remediis quocumque occurrendum. Ut vero cautius in re tanti momenti minime censuere statim, ac protinus definendum; sed reservato examine ac decisione ejusmodi dubii, inter cetera pro re nata

de-

de-

de-

de-

declarant, inherendo constitutionibus apostolicis, & decretis aliis editis.

1. Quod denegata Regularibus, vel dilata facultas excipiendi confessiones sufficiens causa non fuerit eligendi sibi Conservatorem.

2. Quod proinde qui illum ea de causa elegerint Conservatorem, in excommunicationem inciderint ad formam *Cap. de offic. & potest. Jud. Deleg. in 6. speciatim confirmati in constitut. Gregorii XV. quæ incipit: Sanctissimus*:

3. Quod electus hujusmodi Conservator sub poena suspensionis à divinis ipso facto incurrenda, à Conservatoris nomine, & officio omnino obstinere se debeat, nullis, ac nullius valoris declaratis omnibus huc usque ab eo actis, & deinceps forsan agendis.

4. Demum quod graviter moneantur Regulares omnes, ut in posterum remotis partium studiis, & proprii Ordinis commodis, ad animarum salutem unice invigilent, ne tandem Sedes Apostolica tot Episcoporum querelis fatigata, privilegia olim Regularibus concessa pro incremento Missionum, quæque nunc ad earumdem perniciem tendere cernuntur, revocare cogatur: Atque ad hunc effectum, ne quis esse possit ignorantia locus, hujusmodi decretorum exemplar Superioribus Generalibus respective intimetur, ut eorumdem observantiam, & executionem sollicitè curent.

Quæ quidem omnia cum essent à Nobis auctoritate apostolica confirmata, hoc tamen temporis intervallo in regionibus adeo dissitis discordiarum, & scandalorum incendium nec restingi, nec temperari potuit, immo multo etiam magis actum, ac dilatatum est, adeo ut graves querimonie ad Nos usque pervenerint, negata etiam fuisse in summo vite discrimine Sacramenta nonnullis eorum, qui Judicis Conservatoris judicio, & censuris non obtemperassent: Quibus ex causis haud diutius differendum Dubii huc usque suspensi decisionem tata dicta Congregatio, deductis hinc inde juribus, & re mature perpensa, ac præ oculis habitis constitutionibus apostolicis, tum de fere communis juris Canonici perituro consensu, ac præsertim resolutione Congreg. Episcoporum, ac Regularium negotiis præpositæ, quæ ab Archiepiscopo Turritano consultæ: *An Regulares unius conventus, monasterii, vel domus, aliquem Priorem, Guardianum, vel quemvis alium quavis regulari dignitate fulgentem in suam Conservatorem eligere, vel deputare possint?* die 8. Octobris anni 1618. rescriptit: *Non posse*: his aliisque similibus decretis inherens die 8. Martii currentis anni, tandem in hunc modum propositum Dubium resolvit: *Consulendum Sanctissimo, ut dignetur declarare Superiores Regulares temporarios nullibi, & in nullo casu posse eligi in Conservatores: in partibus autem Infidelium expedire, ut Conservatores omnino non eligantur.*

Hoc Nobis relatum exhibitum decretum jam satis agnovimus, quoad utramque partem apostolicis constitutionibus consentaneum, & congruum. Jam dudum enim Prædecessores nostri Bonifacius VIII. in constitutione, quæ incipit. *Statutum*: Gregorius XV. in constitutione: quæ incipit. *Sanctissimus in Christo Pater*: & Innocentius X. in literis in forma Brevis, quæ incipiunt: *Aliis à Nobis*: animadvertentes Regulares, aliosque quibus ab Apostolica Sede generale, sive speciale privilegium concessum est, ut possint sibi Judices Conservatores eligere, sub ejusmodi privilegii preteritum, Episcoporum, aliorumque Judicum ordinariam sive delegatam jurisdictionem perturbare, & electos Judices Conservatores suæ potestatis limites frequenter excedere; optimo sane consilio, dum privilegia ipsa sarta tecta esse voluerunt, certum tamen modum Judicum Conservatorum electioni, certosque fines eorumdem potestati imponerunt, poenis etiam adversos transgressores constituit.

Horum igitur Summorum Pontificum Prædecessorum nostrorum vestigiis inherentes de consilio Congregationis particularis supra memoratæ nonnullorum Sancti. Roman. Eccles. Cardinalium, qui negotiis Pro-

pagandæ Fidei præpositi sunt, videlicet Ven. Fr. Nostri Josephi S. Rom. Eccl. Cardinalis Spinelli Episcopi Ostiensis, & Sacri Collegii Decani, ac dilecti filii nostrorum S. R. E. Cardinalium Stoppani, Galli, Antonelli, & Columnæ de Sclaria; motu proprio, ex certa scientia, & matura Nostra deliberatione, Nos in primis constitutiones eadem Bonifacii VIII. & Gregorii XV. necnon apostolicas literas in forma Brevis Innocentii X. quarum tenorem hic pro inserto haberi volumus, cum singulis declarationibus in eisdem contentis innovamus, & confirmamus; ac easdem constitutiones, & apostolicas literas plenum robur, & firmitatem habere volumus, & mandamus.

Præterea, quoniam in iisdem constitutionibus cautum est, ut ii dumtaxat in Judices Conservatores eligi possint, qui dignitatem aut personatum in cathedra, vel collegiata ecclesia obtinent; Nos eisdem const. inherentes statuimus & declaramus: non licere quibuscumque in locis Regularibus quocumque ordinis, monasterii, vel Congregationis, Mendicantibus, vel non Mendicant. etiam Societatis Jesu, aliisque quantumvis expresse, & speciatim nominare eos oporteat, ceterisque, quibus ab Apostolica Sede concessum est, ut Judices Conservatores sibi deligere possint, vigore quocumque privilegii, cui, quatenus opus sit, expresse derogamus, Præpositos, Rectores, Provinciales, Definidores, Custodes, Priores, Præfectos, Vicarios, Visitatores, aliosque quocumque Superiores Regulares non perpetuos, sed temporarios proprii, vel alterius ordinis in Judices Conservatores eligere, quos hac in parte, & ad hunc effectum in dignitate ecclesiastica constitutos non esse, eorumdemque electionem, etiam si fiat, servata in reliquis forma Constitutionis Gregorii XV. ipso jure irritam prorsus fore declaramus.

Tandem inherentes aliis decretis in Congregatione Generali de Propaganda Fide coram san. mem. Urbano VIII. habita die 3. Februarii anni 1640. & prospectis etiam periculis, & scandalis, quæ ex electione Judicum Conservatorum in partibus Infidelium, plerumque in animarum perniciem, & publicæ tranquillitatis, atque ecclesiasticæ pacis perturbationem emergunt, juxta decretum præfatæ Congregationis, auctoritate apostolica denunciamus, Regulares Mendicantes & non Mendicantes, Monachos, & Clericos Regulares quocumque Congregationis & Ordinis, etiam Societatis Jesu, aliosque quantumvis expresse & speciatim nominare eos oporteat, privilegio sibi concessio eligendi Judices Conservatores, quousque in partibus Infidelium degunt, ac sacras missiones exercent, nullo modo expedire ut antur: sed omnes, & singulos in defensionibus, & causis, quæ ipsorum Ordines, ac privilegia tangunt, ut ad Nos, & ad Apostolicam Sedem recurrant, ut ab Ecclesia Ecclesiarum omnium Matre, & Magistra, cui nihil antiquius est, quam cuique sua jura servare, rectum judicium ac remedium præstentur.

Decernentes presentes nostras literas, & in eis contenta quocumque, licet Summorum quorumcumque Ordinum etiam Generales, vel Priores itidem Generales, seu Missionum, aut Missionarii ipsi, vel ab eis deputati, aut alii quocumque in præmissis ac circa præmissa interesse habentes, vel habere præterentes ad hæc vocati, citati, vel auditi, sive causæ, propter quas eadem presentes emanarint, sufficienter adductæ, justificatæ, & verificatæ non fuerint, semper, & perpetuo validas, & effectivas existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus inviolabiliter observari: sicque, & non aliis per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavisque auctoritate fungentes, ac etiam Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictaque Sedis Nuncios, ac Vicarios Apostolicos, seu Visitatores quibusvis facultatibus munitos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane,

ne, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Sixti V. favore Ordinum Mendicantium, & Pii V. ac Gregor. XIII. incip. In supereminenti: favore Clericorum Regularium Societatis Jesu extra Europam existentium, ac quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon Ordinum, & Institutum quorumcumque etiam Juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis etiam Mare Magnum, vel aliis quomodolibet nuncupatis, eisdem Ordinibus, & Institutis, eorumque Superioribus, & Prælati, ac Personis etiam Missionariis in limine quoque, & actu primæve illorum expeditionis, ac subinde, & successive, etiam per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac Sedem Apostolicam prædictam, & per Nos pariter quomodolibet concessis, & confirmatis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis: Quibus, & aliis omnibus, quæ præsentibus quomodolibet obstat possent, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specificæ, & expressæ, ac individua, necnon de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales ideam importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorumque tenores pro plene, & sufficienter præsentibus expressis, & totaliter insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse, amplissime & plenissime, necnon opportune, & valide derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Ut autem presentes nostre literæ ad omnium notitiam deducantur, neque aliquid earum ignorantiam præterire, aut contra eas se excusare valeat; volumus, & mandamus earum exemplar Superioribus Generalibus Ordinum, Congregationum, & Institutum prædictorum, seu illorum Procuratoribus Generalibus in Urbe existentibus, & quibus Missionarii quicumque extiterint, à dicta Congregatione de propaganda fide tradi deberi. Quodque pro traditionem hujusmodi omnes, & illos, quos concernunt, & concernent in futurum, perinde ardeant, & afficiant, ac si eorum cuilibet personaliter intimatæ fuissent.

Volumus etiam, quod earumdem presentium transcriptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo dilecti filii moderni, & pro tempore existentis dicte Congregationis à Secretis munitis eadem prokurs fides in judicio, & extra ubique gentium, & locorum adhibeatur, quæ iisdem presentibus adhiberetur, si originaliter exhibitæ forent, vel ostense.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ Confirmationis, mandati, statuti, declarationis, & decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, Nono Kalendas Maji, Pontificatus nostri anno quarto. = C. Cardin. Pro Data. = N. Card. Antonellus. = Visa de Curia. = J. Manassæ. = Loco & plumbi. = L. Eugenius. = Registrata in Secretaria Brevium.

125 Regulares quicumque etiam exempti in Indiis Orientalibus agentes, curam animarum exercentes, sub sunt prævio examini Ordinariorum, & approbationi, necnon visitationi, correctioni, & jurisdictioni eorum, in iis, quæ ad prædictam curam pertinent. Benedicti XIV. tom. 2. Bull. const. 1. incip. Quamvis ad confirmandum:

126 Regulares etiam exempti nequeunt exponere sacramentum Eucharistiæ sine velamine in suis ecclesiis, nisi ex causa publica, ab Ordinario probata. Fas est tamen illis ex causa etiam privata sacramentum ve-

latum exponere in tabernaculo aperto, dummodo tamen ab illo non extrahatur; ut ex decreto Sac. Congr. de synodo diaeces. lib. 7. cap. 41. §. 4.

Generatim vero jus est Episcopis cogere Regulares parere sibi circa ea, quæ ad majorem cultum hujus ineffabilis mysterii, & celebrationis missæ præcipienda censerint. Quod ex decret. Tridentini sess. 22. de observand. & evitand. in celebrat. missæ eruitur. *Ibid.* §. 5.

Regulares tenentur parere Episcopo præcipienti, ne 128 in eorum in ecclesiis exponatur insolita imago, aut nova reliquia ab ipso non approbata, & inobedientes possunt etiam censuris cogi, ut ex decret. Sac. Congregat. die 5. Jul. 1700. *Ibid.* §. eod.

Regulares puniri possunt ab Episcopo tamquam 129 Apostolicæ Sedis Delegato, si quid deliquerint in iis, quæ respiciunt claustram monialium etiam exemptarum, & earum, quæ intra monasterii septa degunt. *Ibidem* §. 6.

Regulares non possunt secularium confessiones excipere sine licentia, gratia, & benedictio Episcopi, quæ verba sunt Extravagant. Bonifacii VIII. in cap. Super cathedram, de Sepulturis, quod & confirmavit Tridentin. sess. 23. cap. 15. de Reformat. Sed & fas est Episcopis cum facultatem limitare ad certum tempus, certasque personas, quin & ex parte revocare, contrariamque opinionem Alexandri VII. die 30. Januarii 1659. damnavit. *Ibidem* lib. 7. cap. 42. §. 7.

Possunt tamen Regulares ab Episcopo approbati 131 acciri ad domos secularium ægrotantium, eorum confessiones audiri, non petita à Parochis ægrotantium licentia, sed de audita ægrotantium illorum confessione debent relinquere syngrapham, qua Parochus certioratur. *Ibid.* §. 8.

Regularibus Prælati non licet monasteria Monialium sibi subjectarum ingredi, nisi semel in anno causa visitationis; si autem necessitas præget, ut sæpius ingrediantur, non possunt nisi cum prævia Episcopi diocesani, aut alterius ecclesiastici ab ipso deputati. Ita ex constit. Alexandri VII. incip. Felici: *Ibid.* lib. 7. cap. 41.

Regulares subduntur coercionem Episcopi, si excipiant confessiones secularium sine prævia Episcopi approbatione, ut ex const. 10. Clementis X. Item non possunt inconsulto, & non approbante Episcopo, audire confessiones Monialium sui Ordinis etiam exemptarum ex vi bullæ 18. Gregorii XV. *Ibid.*

Regulares nova monasteria, seu domos, ne erigant, vetantur absque Sedis Apostolicæ, & Episcopi facultate, quamvis Tridentinum sess. 25. cap. 3. de Regular. solius Episcopi facultatem exprimat. *Ibid.* lib. 9. cap. 1. §. 9. nov. edit.

Est tamen pro Monialibus in ditione hispanici 135 regis breve Urbani VIII. suspensivum ejusdem constitutionis, sed non valet extra Hispaniam. *Ibid.* lib. 9. cap. 15.

Ad statum Regularem transire possunt Presbyteri 136 ecclesiæ, vel diocesis servitio addicti, invito etiam Episcopo proprio; tenentur tamen, nisi aliquid obster, illum consulere. Ita in Epistola ad Cardinal. Quirinum incip. Ex quo: Bull. tom. n. 25.

Regulares extra monasterium degentes, & Clericos 137 Regulares quomodocumque exemptos in civilibus causis mercedum, & miserabilium personarum, nisi habeant Judicem certum à Sede Apostolica in partibus deputatum, coram Ordinariis locorum conveniri posse in prima instantia, decrevit laudatus Pontifex in bulla incip. Ad militantis: tom. 1. Bull. n. 48. §. 41.

Regulares quocumque hospitio, seu hospitiatione militum, etiam pro bello adversus Turcas, prorsus exempti S. Pius V. in const. incip. Cum sicut.

Agitur in hoc articulo de exemptione, quam 138 vocant *prima speciei*. At de ea, tum de exemptione *secunda, tertique speciei*, jam disserimus in additione ad verb. Abbas.

Non incongrue vero hic inquiritur, an hæc pri-

ma species exemptio acquiri à Regularibus possit communicatione Privilegiorum? Non conveniunt Doctores. At prævaluit affirmativa opinio, quam inter alios tenent Navarr. oper. tom. 2. commentar. 2. de Regul. num. 63. Barbo. de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 105. num. 3. Cardin. de Luca de jurisdictione discurs. 28. num. 4. Chockier de Jurisdic. in Exempt. part. 1. q. 17. num. 9. Tamburin. de Jurisdic. Abbat. tom. disput. 15. q. 2. num. 3. Roderic. Quest. Regular. quest. 36. art. 3. Chassaing. de privileg. Reg. tract. 1. cap. 3. proposit. 5. Clement. concord. pastoral. part. 1. cap. 4. num. 58.

140 De casibus, quibus Regulares tametsi exempti subjiciuntur delegatæ Episcopi jurisdictioni, tractat hic Auctor. At consule etiam de iis, ubi res postulat, Fagnan. in cap. Grave à num. 37. ad fin. de Offic. Ordinar. Chockier de Jurisdic. ordin. in Exempt. part. 2. q. 45. Natalem Alexandr. in Append. 1. ad tom. 1. theol. dogmat. moral. S. M. Benedictum XIV. de Synod. diocesan. lib. 9. cap. 15. num. 4. & plur. seq. tum & maxime Rouseaud de la Combe in sua Jurisprudencia Canonica, verb. Exemptio sect. 5. per tot. qui & sect. 6. agit de casibus, quibus Capitula exempta subjiciuntur delegatæ pariter Episcopi jurisdictioni.

141 Non sunt inter se concordæ Doctores, an Regulares exempti teneantur Episcopo præstare reverentiam. Distingunt nonnulli inter exemptos illos, quibus ipsi Episcopi, juxta facultates, quas olim habebant, exemptionem à sua jurisdictione concesserunt, & exemptos ex privilegiis Sanctæ Sedis ab eadem Episcoporum jurisdictione. Quoad exemptos primi generis, nemine dissentiente, admittunt teneri eos præstare reverentiam Episcopis, perinde ac liberti præstare reverentiam tenentur patronis, à quibus manumissi sunt. At quoad exemptos secundi generis, sunt qui negant teneri ipsos præstare reverentiam Episcopis; Fellin. in cap. Quum inter. num. 3. & 4. de re jud. & in cap. Conquerente fere per tot. de Offic. Ordinar. Tondur. quest. benef. cap. 60. num. final. Roderic. quest. Regul. 1. quest. 63. art. 9. Fusc. de Visitat. Eccles. lib. 2. cap. 10. num. 11. Paris. de resignat. benef. lib. 3. cap. 11. fere per tot. Barbo. de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 105. num. 75. Cirin. in nex. rer. Juris. cor. 6. num. 293. Rot. cor. Puteo decis. 114. per tot. cor. Scraph. dec. 125. num. 19.

142 Ceterum non recedendum ab opinione, quam Doctores ab Auctore num. 84. allegati prasidio constitutionis Leonis X. incip. Intra :: tenent, scilicet teneri quoscumque exemptos reverentiam Episcopo præstare. Et jure meritoque, cum nihil convenientius sit, quam quod & exempti à jurisdictione Episcopi, eidem Episcopo reverentiam præstent ratione dignitatis. Conferat Tamburin. de jur. Abbat. t. 1. disput. 15. q. 7. num. 45. Borell. in Addition. ad Bellug. in Specul. Princip. Rubric. II. §. Videndum lit. F. Campanil. in divors. Jur. part. 2. quest. 12. num. 13. Rot. in recent. dec. 11. num. 16. part. 5. tom. 1.

143 Posita vero hac opinione, non incongrua est questio illa: An Regulares exempti transeundo ante thronum Episcopi teneantur eidem genuflectere, seu potius caput, & humeros inclinare?

144 Non improbabile videtur, quod teneantur non ad genuflectionem, sed potius ad inclinationem capitis & humerorum; idque quia obligati ad reverentiam teneri nequeunt ad genuflectionem, utpote quæ adorationis species potius est, quam reverentiæ, ut post D. Ambrosium lib. 6. Hexamer. cap. 9. tradunt Alcuin. cap. De Parascev Honor. in Gemma lib. 1. cap. 113. Raban ibid. 2. de Institut. Clerical. cap. 41. optime Gavant. thesaur. sacror. Rituum part. 1. tit. 17. Pasquali. De sacrif. mixt. q. 235. num. 5.

145 Quo fit, ut quoties in rubricis missalis, ac ceremoniali, mentio occurrit reverentiæ, non genuflexio, sed capitis & humerorum inclinatio intelligatur, ut post Petrum de Ruita, & alios, firmat Piscar in prax. caremon. lib. 1. sect. 7. cap. 4. n. 2. sect. 1. cap. 4. per tot. optime cap. 5. num. 7.

Nec obstat Ceremoniale Episcoporum lib. 1. cap. 18. 146 in quo habetur. Beneficarii autem, & ceteri de clero genuflectere debent transeundo tam ante altare, quam ante Episcopum. Impugnari enim nequit, quod ubi ceremoniale expressim præscribit genuflectionem, ea omitti nequeat. At negatur, quod loco citato sub verbis illis: Et ceteri de clero intellexerit de Regularibus. Quidquid enim sit, an in hac materia præjudiciali nomine cleri veniant Regulares, ex duabus solidis animadversionibus patet mox dictis verbis. Et ceteri de clero, non venire Regulares.

Prior idcirco sciat, quod ceremoniale tunc quum 147 comprehendere intendit Regulares, haud utitur verbo generali clericorum, sed semper expresse meminit de ipsis Regularibus. Vide lib. 1. cap. 2. lib. 2. c. 33. & cap. 38. Si igitur ceremoniale in loco, de quo dixerit, expresse haud meminit de regularibus, tutissime affirmari potest, minime eos comprehendisse, argumento ducto à discretiva, quæ æque in legibus, ac in aliis dispositionibus interpretandis locum sibi vindicet. (Lit. A pag. 128. num. 11. leg. 49. tit. 14. p. 5.)

Altera animadversio promanet ex ipsa materia, 148 de qua eo loci tractat ceremoniale, comprehensioni Regularium aperte resistenti. Tractat enim inhiberi ceremoniale de divinis officiis, in quibus Canonici, Beneficarii, alique de clero seculari, non item regulares interveniunt. Qua de re certissima res videtur, quod ceremoniale minime comprehendere intellexerit Regulares sub verbis illis: Et ceteri de clero, quum nulla melior detur interpretatio verborum, vel obscurorum, vel ambiguum legis, quam ea, quæ desumitur ex subiecta materia (Certum est inter Clericos Religiosos numerari: vid. lit. C pag. 153. in add. nov. hisp.)

Non ignoro tamen, in contrariam ivisse sententiam Sacram Congregationem Particularem in Cajacen. Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium negotiis præpositam in Suesana, tum recentis Sacram Rituum Congregationem in Monopolitana. Et in casibus Cajaceni, & Suesani observantia militabat contra Regulares. Et in casu Monopolitana. Regulares sua jura non deduxerunt. Accedit quod obtinuerant novam audientiam; causa vero nondum fuit proposita.

(Etiam in nostro hispan. legum codice de Regularibus fit mentio: per duas & triginta decisiones hæc pertingitur materia: quare sic denominentur, ostenditur: quas promissiones valent efficere, ante professionem quod tempus in habitu regulari debent permanere: cur novitii ita nomenclantur: quod isti ex religione possunt aut non exire: an ad ingressum, absque acta legitima exequatur, assensus patrum, tutoris, sive maternus requiratur, ita ut suo in casu quolibet deficiente, minor extrahi possit: quid de servis versus dominum: quas propter causas ad seculum poterit ingrediens redire: an transire ad aliam religionem ante & post factam professionem: quomodo se debet gerere Clericus, si eidem religionem ingrediendi insit voluntas: quis effectus, si ingrediatur conjuges ante, sive post matrimonii consummationem: vita Religiosorum, videlicet in ecclesia, vestitu, refectorio, dormitorio, seu claustrum, qualis: Abbates seu Priores, quibus qualitatibus debent esse ornati: sunt ad capitulum Religiosi congregandi: in eo quid decernendum: quales visitatores eligendi, & eorum munus denotatur: præ religionis ingressu nec quid est offerendum, nec recipiendum: pœnæ in eos, qui prioratum, aliamve quamlibet monasterii administrationem, pretio dato, recipiunt, præfiniuntur: extra claustrum unus monachus commorari non debet, & quare: si datur necessitas, cum aliis confratribus associandus: Religiosi parochie præfici an valeant, & quæ munia exercere: (vid. sup.) Cistercienses monachi si suam primævam institutionem in puerpate non servant, privilegiis à Sancta Sede concessis privantur: discedere physicum, & jurisprudentiam profiteri Religiosis erat

erat prohibendum, si secus facere præsumperint, excommunicantur, si poenitent quilibet sic excommunicatus, iterum in monasterio erit recipiendus: convenientia & dissensus inter Canonicos regulares, & monachos demonstratur: Episcopis inest facultas monachos vagantes ut ad monasterium revertantur, exhortandi: si moniti, resistent, transgressiones hujus fiant participes superiores seu prælati: denique quibus poenis possint isti illos corrigere, per 32. proponitur. Multa ex his quæ animadveruntur, per extensum in hoc opere sparsa adnotantur, nam ubi materia apta fuit inventa, ibi necessarium fuit adductum.)

REGULARIS DELINQUENS, & quoad Immunitatem.

Non est hic opus Summario.

1 Quoad regulares delinquentes extra, vel intra claustra; Vide art. anteced. à num. 35. ad 49.

2 Quoad bona Regularium decedentium extra claustra. Vide verb. Ejicere, Ejecti à Religione; à num. 70. ad 73.

3 Sacerdos regularis professus potest retineri in carceribus religionis ad simplicem tantum correctionem, dummodo extractio ab ecclesia sit facta ab auctoritate, & licentia expressa Archiepiscopi. Sac. Congr. Immunitat. in Mediolan. 6. Aprilis 1644. lib. 3. Decret. Paul. pag. 224.

4 Ob extractionem regularis rei epistolæ infamatorie ab ecclesia conventus, in quo moratur, factam de ordine Provincialis ad correctionem, & ob id ad domum discipline, non ad carceres formales translati, Provincialis, & Fratres Executores non incurrit excommunicationem. Sac. Congr. Immunit. in Esina 19. April. 1701. lib. 3. Decret. Vallem. pag. 347. Vide tamen verb. Immunitas, art. 7. num. 136.

5 Regularis captus in loco immuni pro delicto non excepto in bulla Gregorii XIV. gaudere debet Immunitate eccles. Sac. Congr. Immunit. in Fulginat. 9. Martii 1631. lib. 1. Decret. Paul. pag. 116.

6 Mandante Sanctissimo datur facultas Superioribus religionis Theatinarum conficiendi processum contra suum religiosum carceratum in loco immuni usque ad sententiam exclusive. Sac. Congr. Immunitat. die 22. Augusti 1706. lib. Marefusch.

7 Regularis Sacerdos de ordine Prioris conventus, & Commissarii causæ criminalis extractus ab ecclesia conventus, ad quam confugerat è carceribus ipsius conventus, restituendus est, & injungitur Archiepiscopo, ut mandet restitui. Sac. Congr. Immunit. in Neapolitana 11. Octobris 1691. lib. Decret. Grimaldi pag. 209.

8 Ex gratia Sanctissimi regularis ad trirèmes juxta condemnationem transmittitur, attendita atrocitate delictorum, & instantia religionis. Sac. Congr. Immunitat. in Neapolitana 7. Augusti 1640. lib. 3. Decret. Paul. pag. 126.

9 Regularis committens homicidium de nocte in personam sui Superioris una cum tribus laicis, & aliis circumstantiis enormibus, tradendus est curiæ seculari, si non est in Sacris Ordinibus constitutus; secus vero si sit in Sacris constitutus. Sac. Congr. Immunitat. in una Sicilia 27. April. 1632. lib. 2. Decret. Paul. pag. 125.

10 Regularis popinans venenum suo Guardiano condemnatur ad pœnam tririum. Sac. Congr. Immunitat. in una Neap. 26. Septemb. 1651. lib. 4. Decret. Paul. pag. 161.

11 Regularis conversus, qui in actu apostasie faratus fuit scuta mille ab erario Conventus, & minatur suo Superiori, ac ceteris Religiosis, nec non scandalose cohabitavit cum concubina, de ordine Sanctissimi extrahitur, & consignatur suo Superiori, ad hoc ut eum retineat in carceribus ad correctionem usque ad novos ordines Sac. Congregat. Eadem Sac. Congr. Immunit. in Arimin. 2. Junii 1676. lib. 1. Decret. Alvoiti, pag. 1262.

Ex gratia speciali Sanctissimi permittitur, ut Regularis præsentis reus criminis læsæ majestatis carceratus à Regiis ministris, retineatur in carceribus laicis, & non restituatur, sicuti oportet; Et ad preces Protegis Sac. Congr. particularis desuper congregata injungit D. Nuntio, ut prævia absolute carcerantium, deputet Ecclesiasticum ad procedendum in hac causa usque ad sententiam exclusive, cum facultate utendi processu, & assistentia laicorum in confectioe processus, qui tamen non se intromittant in actibus Judicialibus. Sac. Congr. Immunit. in Neapolitana 29. April. 1677. lib. 2. Decret. Alvo. pag. 1381.

Similis gratia conceditur pro eodem delicto contra 13 alium Regularem. Sac. Congr. Immunit. in Mediolan. 20. April. 1679. ibi pag. 1752. & 17. Julii 1677. ibi pag. 1419.

Regularis excommunicatus, & irregularis scandalo 14 lose quotidie celebrans Sacrum, extrahitur ad formam bullæ, & consignatur suo Superiori ad correctionem tantum. Sac. Congr. Immunit. in Urbinatens. 10. Augusti 1680. lib. 2. Decret. Alvoiti, pag. 4029.

Sacra Congregatio censuit, Clericos Minores provincie Hispaniarum, qui occasione Capituli provincialis celebrati in oppido Matriti (in quo Nuntius presidebat) recusum habuerant ad tribunal seculare, incidisse in excommunicationem contentam in Canon. 13. Bullæ Cane, & indigere absolute, & quatenus postea celebraverint, etiam dispensatione ab Irregularitate; nihilominus Sacra Congregatio, prævia eorum suspensione à voce activa, & passiva, censuit posse (quatenus humiliter petatur) ex clementia Sanctissimi per literas in forma brevis concedi Eminentiss. Urbis Vicario facultatem absolvendi, & respective dispensandi accessos ad Urbem, & similem facultatem per literas Sac. Congr. concedere Nuntio Hispaniarum cum facultate subdelegandi. Sac. Congr. Immunit. in Tolentana 16. Januar. 1681. ibi pag. 2136.

PP. Clerici Minores, qui accesserunt ad Urbem ob 16 recursum præfatum, reintegrantur in voce activa, & passiva. Sac. Congr. Immunit. in Tolentana 28. Maii 1681. lib. 2. Decret. Alvoiti, pag. 2177.

Provincialis Ordinis S. Augustini, qui in executione 17 nem ordinis potestatis laicæ privavit quemdam Priorem prioratum sui conventus, ac relegavit extra regnum, eo quia dictus Prior habuit recursum ad curiam ecclesiasticam contra laicos debitores canonum, & mandato Sanctissimi præcipitur Generali Ordinis, ut statim debeat privari officio Provincialatus, voce activa, & passiva, inhabilitari in perpetuum ad officia, & dignitates, & sub rigorosis poenis fiat præceptum, ut accedat ad Urbem, deleatur de libro Ordinum Superiorum, ac si non esset factus, & ne unquam præjudicet dicto Priori, & Pater Generalis injungat omnibus Superioribus provincie, ut amplius non agnoscat Provincialalem. Sac. Congr. Immunit. in Romana 10. Feb. 1696. lib. 4. Literarum Vallem. pag. 31.

Et cum præfatus Provincialis accessisset ad Urbem, 18 data fuit facultas Vicegerenti eum absolvendi à censuris in aula interiori Conventus S. Augusti. in præsentia suorum Religiosorum tantum. Sac. Congr. Immunitat. in Romana 14. Mars. 1696. lib. 3. Literarum Vallem. pag. 38.

Regulares Theologi, qui consilium dederunt Pro 19 regi posse cognoscere causam Regularis, unde de ordine ejusdem Protegis postea jugulatus fuit, incidunt in excommunicationem, & irregularitatem; attamen annuente Sanctissimo, conceditur Nuntio Hispaniarum, ut eos absolvat, si petierint, prævia privatione vocis activæ, & passivæ. Sac. Congr. Immunit. in Vallent. 17. Julii 1681. lib. 2. Decret. Alvoiti, num. 220.

Superior Regularis una cum suis fratribus recur- 20 rens ad tribunalia laica contra resolutum in Sac. Congregat. vocatur ad Urbem. Sac. Congr. Immunit. in Goston. 19. Dec. 1673. lib. 1. Decret. Alvo. pag. 878.

- 21 Regulares adeuntes tribunalia laica acriter puniantur, & pravia renuntiatione desistant à prosecutione causæ cor. laicis. Sac. Congreg. Immunit. in *Nascanæ* 26. Aprilis 1643. lib. 2. Decret. Paul. pag. 189.
- 22 Superior Regularis, qui ex licentia sui Provincialis permisit fieri recognitionem corporis delicti in conventu per Notarium laicum, incidit in excommunicationem, & contra ipsum Episcopum bene processit. Sac. Congreg. Immunit. in *Feretrana* 22. Septembr. 1671. lib. 1. Decret. Alrovii, pag. 662.
- 23 Contra præfatum Superiorem denegantem Episcopo recognitionem corporis delicti, & ipsam concedentem iudici laico, Episcopum conficiat processum. Sac. Congreg. Immunit. in *Feretrana* 7. Julii 1671. ibi pag. 571.
- 24 Contra Superiorem Chartusianum, & alios, qui extraxerunt ab ecclesia matrice fratrem conversum, Vicarius Apostolicus procedat prout de Jure. Sac. Congreg. Immunit. in *Capren.* 9. Septembr. 1670. lib. Decret. Alrov. pag. 473. Idem tamen absolvuntur ad cautelam, reintegrata ecclesia, & privatim; in *eadem Capren.* 3. Febr. 1671. ibi pag. 618.
- 25 Regularis extrahens dolose reum criminis nefandi, & bestialitatis, & dicendo: veni, & noli timere, & deinde consignans curiæ laicæ, incidit in excommunicationem. Sac. Congreg. Immunit. in *Nallius Orbetelli* 25. Jan. 1689. lib. Decret. Martelli, pag. 412.
- 26 Superior Regularis, & ejus Religiosi, qui stipulantur transactionem, & alios contractus de solvendis oneribus laicis pro bonis acquisitis ab eorum conventu, accedant ad Urbem. Sac. Congreg. Immunit. in *Taurinens.* 14. Januar. 1698. lib. 2. Decret. Vallem. pag. 133.
- 27 Episcopus potest præcipere, & procedere contra Regulares ex delegatione particulari habita vi literarum electionis à Sac. Congreg. Immunit. in *Ortonens.* 25. April. 1633. lib. 2. Decret. Paul. pag. 189.
- 28 Aliquando datur Episcopo facultas procedendi contra Regulares in causa violatæ Immunitatis eccles. Sac. Congreg. Immunit. in *Senens.* 4. August. 1639. lib. 4. Decret. Paul. pag. 81.
- 29 Superior Regularis recusans extractum remitti in ecclesia, de ordine S. Congreg. graviter corripitur à Procuratore Generali Ordinis. Sac. Congreg. Immunit. in *Aquens.* 3. Mart. 1654. lib. 5. Decret. Paul. pag. 33.
- 30 Regulares, qui restiterunt ad recipiendas personas discipulas in eorum conventu, non debent ex hoc capite molestari. Sac. Congreg. Immunit. in *Florentina* 31. August. 1677. lib. 2. Decret. Alrov. pag. 1456.
- 31 Injungitur Episcopo, ut procedat contra Regulares, qui restiterunt, & impediunt perquisitionem faciendam ex facultate Sac. Congreg. in eorum conventu, & procedat etiam quoad contrabandum receptum in conventu. Sac. Congreg. Immunit. in *Eugubina* 17. Septembr. 1680. pag. 2049.
- 32 Archiepiscopus procedat contra Regularem, qui dolosis verbis exire fecit confugitum à loco immuni, ut incidere in manus curiæ. Sac. Congreg. Immunit. in *Bononiens.* 23. Januar. 1680. ibi pag. 1913.
- 33 Datur facultas, annuente Sanctissimo, Eminent. Legato procedendi, etiam per alium (modo sit Clericus) contra Regularem indicatum, ut mandantem homicidium. Sac. Congreg. Immunit. in *Ravennatens* 30. Febr. 1680. ibi pag. 95.
- 34 Regulares extracti à Conventu per Cancellarium Episcopi ob rixam secutam inter ipsos, Episcopus restituit. Sac. Congreg. Immunit. in *Fanen.* 30. Maii 1679. ibi pag. 1767.
- 35 Regularis in rixa, & ad propriam defensam occidens Regularem ejusdem Ordinis, extractus ab ecclesia aliorum Regularium gaudet Immunitate. Sac. Congreg. Immunit. in *Melphien.* 19. Februar. 1669. lib. 1. Decret. Alrov. pag. 319.
- 36 Datur facultas extrahendi Regularem à quocumque loco immuni, & consignandi suis superioribus, præsti-

ta per ipsos obligatione de non puniendo ob inobedientias, & delicta commissa, seu pravia obligatione de non irroganda ulla pena. Sac. Congreg. Immunit. in *Neapolitana* 19. Februar. 1704. lib. 3. Decret. Vallem. pag. 557. in *Tiburina* 30. Julii 1696. lib. 2. Decret. Vallem. pag. 34.

37 Suspenditur ab officio, & exercitio Ordinum, Provincialis, qui invocato auxilio brachii secularis, exequitur Regis mandatum relegationis contra aliquos suos Religiosos, & declarat incurrisse in Canon. 10. Bullæ Cane Domini, eo quod egit quodammodo partes executoris mandati regii, & causa non cognita, se gessit ut privatus, non ut Judex. Sac. Congreg. Immunit. in *Ulysiponens.* 31. Julii, seu 1. August. 1691. lib. Decret. Martelli pag. 752.

38 Prior conventus S. Augustini, eo quia permisisset Judici, & Cancellario curiæ laicæ facere examen in dicto conventu, censuras incurrit, à quibus datur facultas Vicario Generali absolviendi in forma ecclesiæ consueta, & interim suspenditur ab officio ad arbitrium Sac. Congregationis. Sac. Congreg. Immunit. in *Pisaren.* 26. Mart. 1658. lib. Decret. Rocci, pag. 80.

39 Provincialis Fratrum S. Joannis Dei, qui extrahi fecerat à domo ecclesiæ parochialis Religiosum Sacerdotem sui Ordinis, attenta reintegratioe ecclesiæ, & pravia obligatione de se abstinendo à similibus, absolvitur privatim ab Episcopo. Sac. Congreg. Immunit. in *Mediolanens.* 26. Maii 1703. lib. 3. Decret. Vallem. pag. 491.

40 Regulares pravia restitutione, vel deposito ducentorum triginta sex pecuniæ expensæ à canonico in refectioe muri ab ipsis destructi, & obligatione de stando Juri, & parendo mandatis ecclesiæ quoad alias præensiones dicti Canonici, absolvuntur ab Episcopo. Sac. Congreg. Immunit. in *Baren.* 2. Julii 1695. lib. 1. Decret. Vallem. pag. 197.

41 Religiosus excommunicatus ab Archiepiscopo Baren. cum personaliter ad Urbem accessisset, absolvitur private cum reincidentia à D. Vicegerente ex commissione Sac. Congreg. Immunit. in *eadem* 30. Martii dicti anni & lib. pag. 18.

42 Quoad Regularem extractum à Vicario Capitulari, eo quod consilium, & auxilium præstitisset mulieri secum adulteræ venenum popinandi marito, Sac. Congregatio decrevit, quod prævia cessatione, & circumscriptione omnium actorum Judicialium, Episcopus Mantuanus procedat nomine Sac. Congreg. contra quos de jure pro actibus lævis Immunitatis, & Jurisdictionis eccles. in relictis ad Sacram Congregationem Episcoporum. Sac. Congreg. Immunit. in *Brixien.* seu *Mantuana* 31. Augusti 1700. lib. 2. Decretorum Vallem. pag. 310.

43 In causa Palatini Vilnens. Regulares ab Episcopo innodantur interdico, & censuris non solum ob contumaciam erga dict. Episcopum, sed etiam erga mandata Sanctissimi. Sac. Congreg. Immunit. in *Vilnens.* 16. Novemb. 1694. Vallem. pag. 158. & in *Regesto litterarum sub die 27. dicti mensis.*

44 Insuper auctoritate apostolica superiores Regulares Vilnenses contumaces per D. Nuntium, vel Generales Ordinum, privantur officiis, declarantur inhabiles ad alia posterum obtinenda, & privantur voce activa, & passiva, nisi intra brevem terminum paruerint. Sac. Congreg. Immunit. *ibidem.*

45 Datur facultas Episcopo absolviendi Regulares pro suo arbitrio, eo quod adimpleverunt imposita pro emendatione transcursum, imposita penitentia publica: dicti Regulares declarati fuere excommunicati à curia episcopali ob contumaciam erga ordines ejusdem curiæ, concernentes defensionem Immunitatis, & libertatis eccles. Sac. Congreg. Immunit. in *Vilnens.* 25. Martii 1696. lib. 2. Decret. Vallem. pag. 211.

46 Regulares vocati ad Urbem ex causa violatæ Immunitatis suspendantur per superiores Ordinis ab omnibus officiis, & priventur voce activa, & passiva, donec parent. Sac. Congreg. Immunit. in *Taurin.* 8. Julii 1698. ibi pag. 162.

Su-

- 47 Super homicidio Patris N. commisso Tarenti Injungitur D. Nuntio, ut transmittat processum, & omnes alios actus contra Patrem N. confectos, & construat alium contra eundem super mala qualitate, & pariter transmittat. Sac. Congreg. Immunit. in *Neapolitana* 9. Febr. 1700. dicti lib. pag. 271.
- 48 Et cum indicia præfati homicidii P. N. essent contra dict. P. N. tum ob commaculatas sanguine vestes, tum ob fugam à monasterio ad ecclesiam Jesuitarum, tum denique ob assuetudinem ad delicta, annuente Sanctissimo, asportatur ad ergastulum loco custodia. Sac. Congreg. Immunit. in *eadem* 8. Junii dicti anni, & lib. pag. 293.
- 49 Sanctissimus, intercedente Em. Protectore Congregationis Cassinensis, benigne annuit, ut tribus Monachis suspensis ab exercitio Ordinum, & privatis eorum officiis, & dignitatibus, & inobstantiam interditi appositæ civitati Mediolanens. pro qua justificarunt, non intercessisse dolum, ex nunc removeatur suspensio à divinis, & tempore celebrationis proximi Capituli iidem rehabilitentur ad vocem activam, & passivam, & ad alia officia, & dignitates Congregationis, ita tamen ut D. Julius in dicto Capitulo eligi non possit Generalis, neque per quinquennium Abbas in monasterio civit. Mediolanens. & D. Benedictus pariter per quinquennium nequeat obtinere munia, & officia publica in dict. monasterio. Sac. Congreg. Immunit. in *Mediolanens.* 7. Januarii 1633. in *Ponensis Archivii Vatican.*
- 50 Episcopus debet tuere Regulares contra viatores Immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ. Sac. Congreg. Immunit. in *Aquens.* 5. Febr. 1695. lib. 1. Decret. Vallem. pag. 170. in *Cremonens.* 11. Januar. pag. 106. Item 11. Junii 1695. pag. 194. & 10. August. pag. 210. in *Casalens.* 25. Sept. 1700. lib. 2. Decret. Vallem. p. 315. in *Nallius Guartalla* 17. Feb. 1693. in *Regiens.* 17. Martii 1594. lib. 1. Decret. Vallem. pag. 142.
- 51 Insuper Episcopus Cremonens. ex commissione Sac. Congreg. procedi etiam ad interdico locale contra communitatem laicalem prætendentem exigere collectas à Regularibus. Sac. Congreg. Immunit. in *Cremonens.* 19. Julii 1695. lib. 1. Decret. Vallem. pag. 202.
- 52 Episcopus non potest concedere facultatem examinandi Regulares. Sac. Congreg. Immunit. in *Hyeracens.* 3. April. 1632. lib. 2. Decret. Paul. pag. 121.
- 53 Nec cogere FF. Cappuccinos ad faciendam recognitionem personæ delinquentis. Sac. Congreg. Immunit. in *Neritonens.* 13. Aug. 1629. lib. 2. Decret. Paul. pag. 11.
- 54 Verum ex commissione Sac. Congreg. potest examinare Regulares. Sac. Congreg. Immunit. in *Feretrana* 12. Julii 1689. lib. Decret. Martelli pag. 492. in *Fanen.* 30. Julii, seu 1. Augusti 1691. dicti lib. pag. 747.
- 55 Jussu Sanctissimi præcipitur, ut Regularis, qui ab Episcopo juxta facultates Sacæ Congregat. extractus fuerat à loco immuni ob vitam dissolutam cum meretricibus, & ob alia scandala, consignetur libere Superioribus Religiosis cum facultate illum retinendi in carceribus eorum arbitrio per tres menses ad correctionem. Sac. Congreg. Immunit. in *Nicolana* 5. April. 1661. lib. Decret. Rocci, pag. 329.
- 56 Immo Archiepiscopus Mediolanens. etiam auctoritate Sacæ Congreg. procedit contra Abbatem, & Religiosos, & alios ob recursus ad forum laicale contra Collegiales collegii Borromæi. Sac. Congreg. Immunit. in *Papiens.* 7. Septembr. 1688. lib. 3. Decret. Martelli, pag. 144.
- 57 Injungitur Episcopo, ut reintegret Guardianum ad confessiones, & ad alia, in quibus illum suspendit ob gesta contra Episcopum in defensionem Immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ. Sac. Congreg. Immunit. in *Coltetr.* 13. Julii 1631. lib. 2. Decret. Paul. pag. 82.
- 58 Episcopus non incurrit in excommunicationem per hoc, quod fecerit carcerare Regularem præsumens reum copulæ carnalis in proprio conventu subjectione Jurisdictionis ejusdem Episcopi, uti comprehenso in decreto *Ut in parvis*, san. mem. Innocentii X. & adducere ad *carcer.* Ferrar. Biblioth. Tom. VIII.

res Episcopales. Sac. Congreg. Immunit. in *una Montis Alti* 19. Aprilis 1701. lib. 3. Decret. Vallem. pag. 347.

Religiosus Apostata sola Episcopi auctoritate extrahatur è conventu restituatur eidem conventui, deinde extrahatur ad formam Bullæ, & retineatur in suis carceribus ad correctionem nomine Sacæ Congreg. Immunit. in *Brundisina* 24. Augusti 1694. lib. 1. Decret. Vallem. pag. 141.

Idem gaudet immunitate, sed retineatur ad dispositionem Sac. Congreg. Episcop. & Reguli apud quam fiat recursus. Sac. Congreg. Immunit. in *eadem*. 1. Martii 1695. dicti lib. pag. 174.

In causa Fratris N. Ordinis Prædicatorum Injungitur episcopo, ut illum consignet suis Superioribus, quibus injungatur, ut eum caritative traçant ad correctionem tantum, & non ad punitionem, & invidiam, ut ita exequatur. Sac. Congreg. Immunit. in *Regiens.* 12. Julii 1689. lib. Decret. Martelli, pag. 494.

In causa homicidii, de quo indicia sunt contra Religiosum, qui etiam in conventu transtulit diversas res occisi ereptas, Sanctissimus tribuit Episcopo Narniens. facultatem procedendi ad carcerationem dicti Religiosi etiam in quocumque loco immuni, cum facultate perquirendi res ablatas in loco immunitus. Sac. Congreg. Immunit. in *Narniens.* 2. Decemb. 1697. lib. 1. Decret. Vallem. pag. 91.

Deinde Sanctissimus præcepit eidem Episcopo, ut 62 consignet curiæ laicali reos, & acta, & resque extrahas à locis immunitibus, atque præfatum Religiosum carceratum. Sac. Congreg. Immunit. in *eadem* 6. & 9. Decemb. dicti anni, & lib. pag. 92.

In causa Palatini Vilnens. Episcopus subdit Interdictio, & censuris quosdam Regulares ob contumaciam, non solum erga Episcopum, sed etiam erga mandata Sanctissimi. Sac. Congreg. Immunit. in *Vilnens.* 16. Novemb. 1694. dicti lib. pag. 158. At in *Regesto lit.* legitur die 27. Novemb. in *eodem* 2. Julii 1695. dicti lib. pag. 199.

In causa homicidii P. Guardiani N. datur Episcopo 64 facultas extrahendi è locis immunitibus reos ejusdem delicti ad requisitionem Commissarii laicalis, cum debita tamen decencia, & interventu personæ eccles. Sac. Congreg. Immunit. in *Savonen.* 8. Januar. 1695. lib. 1. Decret. Vallem. pag. 165.

Religiosus invite directus à suis Superioribus ad alium conventum, ob idque confugiens ad ecclesiam, jussu Sac. Congreg. extrahitur per Episcopum, servata forma, & consignatur suis Superioribus, cum cautione ne illum puniant ob dictum confugium. Sac. Congreg. Immunit. in *Aversana* 26. Januar. 1695. dicti lib. pag. 169.

Deinde habita informatione Episcopi super extractione Religiosi ab ecclesia, qui subinde consignatus suis superioribus, ab iis conjectus fuit in carcerem, Injungitur Episcopo, ut faciat illum restitui ecclesiæ. Sac. Congreg. Immunit. in *Neapolitana* 12. April. dicti anno, & lib. pag. 164.

Episcopus mandat restitui belluam executam à ministro laicali, quæ inserviebat Monachis N. pravia obligatione ab iisdem faciendâ de stando Juri, & iudicatum solvendo. Sac. Congreg. Immunit. in *Narniens.* 30. Marti. dicti anni, & lib. pag. 180.

Prævia restitutione, vel deposito summæ impensæ 68 in reedificatione muri, & obligatione de stando Juri, & parendo mandatis Sacæ Congregationis super aliis prætensionibus canonicis, Episcopus absolvit nonnullos Religiosos. Sac. Congreg. Immunit. in *Baren.* 2. Jul. dicti anni, pag. 17.

Nuntio Apostolico Injungitur, ut assistat Abbati 69 Generali Montis Virginis, ejusque consanguineis, ne vexentur à ministris regni. Sac. Congreg. Immunit. in *Nellius Montis Virginis* 7. Novemb. 1693. lib. 1. Decret. Vallem. pag. 85.

Item, ut tueatur Priorem, & Monachos Camaldulenses. Sac. Congreg. Immunit. in *Benevent.* 6. Martii 1694. dicti lib. pag. 507.

In causa ejusdem Regularis extracti à loco immuni 71

H 2

de

de mandato Sac. Congreg. & coniecti in carceres Nuntiaturæ, Sac. Congreg. Episcop. & Regul. mense Aug. 1683. dedit Nuntio facultatem procedendi usque ad sententiam exclusive, frustra prætententibus Regularibus procedere contra supradictum in vim privilegiorum suæ Religionis; postea Sac. Congreg. Immunitatis decrevit, ut retento in carceribus reo procedat tribunal Nuntiaturæ ad impinguationem processuum, quantum opus sit, deinde iis legitimatis, assignet defensiones, & transmittat. Sac. Congreg. Immunit. in Capuana, seu Neapolitana 12. Julii 1689. lib. Decret. Martelli pag. 491.

72 Præterea quatenus idem Regularis pertinaciter respondere nolit sub prætextu, quod fuerit extractus ab ecclesia, datur Nuntio facultas illum torquendi solum pro habenda responsione, non vero pro habenda confessione delictorum. Sac. Congreg. Immunit. *ibid.*

73 Deinde Sac. Congreg. sic decrevit cum Eminent. Protectore, ut detradatur in carcerem formalem alicujus monasterii suæ Religionis ad correctionem per triennium, & ultra, arbitrio ejusdem Eminent. Sac. Congregat. Immunit. in eadem 16. Januarii 1691. lib. Decret. Martelli, pag. 717.

74 Et cum supplicaret sibi commutari carcerem Religionis in aliqua alia Religione, vel in carceribus quibuscumque ecclesiasticis sub prætextu timoris contra propriam vitam; Sac. Congreg. respondit, in decisis, & amplius non proponatur. In eadem 31. Jul. dicti anni & lib. pag. 747.

75 Tandem ad proces ejus matris decrepitate, ejusdem ope indigentis, & habita attestazione Correligiosorum super illius emendatione. Sac. Congreg. rescripsit: Pro gratia Eminent. Protectori, in eadem 23. Septemb. 1692. lib. Decret. Grimald. pag. 197.

76 Sac. Congreg. præcipit Nuntio, ut quatenus non adsit alia causa, mandet excarcerari quosdam Religiosos detentos in carceribus Nuntiaturæ ob recursum ad Judices laicos contra N. Canonium, & ob destructionem muri ad eundem pertinentis. Sac. Congr. Immunit. in Baren. 9. Febr. 1694. lib. 1. Decret. Vallem. pagin. 104. & seq.

77 Item, ut procedat contra Superiores Congregationis, non obstante illorum appellatione ad Sanctissimum pro liberatione N. Canonici suæ Congregationis jussu superiorum carcerari per manus laicorum in cometerio cathedralis. Sac. Congregationis Immunit. in Vilens. 11. Jan. 1695. dicti. lib. pag. 167.

78 A Sanctissimo ex voto Sac. Congregationis denno conceditur D. Nuntio facultas prorogandi Jurisdictionem usque ad sententiam inclusive Judicis Eccles. ab eodem Nuntio pro fabricando processu jam deputati ex speciali Sanctissimi facultate contra Regularem prætentum reum criminis læsæ majestatis, & beneficii, & cum reus gauderet immunitate, Sanctissimus pro hac vice derogavit Bullæ Gregor. XIV. attentis circumstantiis facti; Sac. Congreg. Immunit. in Neapolitana. 7. Septemb. 1734. lib. 2. Decret. Paul. pag. 199.

79 Nuntius de ordine Sacræ Congregation. declarat Provinciale O. incurrisse in excommunicationem Bullæ Cœnæ ob delictum contra libertatem ecclesiasticam. Sac. Congreg. Immunit. in Ulyssipons. 21. Julii, seu 1. Augusti 1691. lib. Decret. Martelli, pag. 752.

80 Item Superiores Vilens. contumaces privat officii, & declarat inhabiles ad alia imposterum obtinenda, & privat etiam voce activa, & passiva, nisi intra brevem terminum paruerint circa censuras, & Interdicta. Sac. Congregat. Immunit. in Vilens. 16. Novembr. 1694. lib. 1. Decret. Vallem. pag. 158.

81 Nuntio injungitur, ut mandet caritative tractari Religiosos feris, & compedibus detentum in carceribus Nuntiaturæ, extractum ab ecclesia ob homicidium commissum. Sac. Congreg. Immunit. in Neapolitan. 22. Novemb. 1704. lib. 3. Decret. Vallem. pag. 829.

82 Datur Nuntio facultas absolvendi Regulares à censuris juxta decretum in Toletana 16. Januarii 1681. Sac. Congreg. Immunit. in Ulyssipons. 16. Nov. 1688. lib. Decret. Martelli, pag. 374. & seq.

Item datur facultas eisdem dispensandi ab Irregularitate, prævia tamen eorum supplicatione eidem Nuntio, & renuntiatione recursum habitis ad tribunal laicum faciendæ per actum publicum registrandum in actis Nuntiaturæ. Sac. Congreg. Immunit. *ibid.*

Nuntio Hispano datur facultas absolvendi Abbatissam, aliasque personas excommunicatas ob complicitatem carcerationis ministrorum Nuntiaturæ. Sac. Congreg. Immunit. in Tolet. 19. Febr. 1706. lib. 3. Decret. Vallem. pag. 599.

Eidem datur facultas absolvendi Clericos Regulares ministros infirmorum provinciarum Hispaniarum ob recursum ad potestatem laicam, etiam privatam cum facultate subdelegandi, prævia tamen obligatione de se abstinendo à similibus. Sac. Congreg. in Toletan. 17. Mart. 1703. dicti. lib. pag. 565.

Alia ad Rem: Vide verb. Immunit. art. 1. à num. 133. 85 ad 137. & verb. Regulares, art. 1. à num. 89. ad 110.

REGULÆ CANCELLARIÆ.

Vide verb. Beneficia, art. 9. & 10. per tot.

REGULÆ JURIS CANONICI.

in 5. Decretalium.

Capitulum primum.

Non potest brevis summari.

Joann. Chrysostomus.

1 Omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur.

Capitulum secundum.

Dubia in meliorem partem interpretari debent.

2 Estote misericordes, &c. Hoc loco nihil aliud nobis præcipi æstimo, nisi ut ea facta, quæ dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur; quod enim scriptum est: Ex fructibus eorum cognoscetis eos; De manifestis dictum est, quæ non possunt bono animo fieri, ut stuprum, blasphemiz, furta, ebrietates, & similia, de quibus nobis permittitur judicare.

Capitulum tertium.

Propter scandalum evitandum veritas non est omittenda.

3 Qui scandalizaverit, &c. Utilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur.

Capitulum quartum.

Propter necessitatem illicitum efficitur licitum.

4 Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. Nam & Sabbatum custodiri præceptum est: Machabæi tamen sine culpa sua in Sabbato pugnant; & sic hodie si quis jejunium frerit ægrotus, reus voti non habetur.

Capitulum quintum.

Illicite factum obligationem non inducit.

Gregor. VII.

5 Quod latenter, aut per vim, vel aliis illicite introductum est, nulla debet stabilitate subsistere.

Capitulum sextum.

Tormenta, indicia non procedentibus, inferenda non sunt.

Idem Variensii Episcopo.

6 Cum in contemplatione; & infra: In ipso cause initio non est à questionibus inchoandum.

Capitulum septimum.

Sacrilegus est offendens rem, vel personam ecclesiasticam.

Stephanus Papa.

7 Quæ multoties; & infra: Quidquid in sacratis Deo rebus, & Episcopis injuste agitur, pro sacrilegio reputatur, quia sacra sunt, & à quocumque violari non debent.

Capitulum octavum.

Qui facit alteri, quam debet, facere non dicitur.

Augustinus.

8 Qui ex timore facit præceptum alteri, quam debet facit, & ideo non facit.

Capitulum nonum.

Committens unum peccatum reus est omnium quoad vitam eternam.

Idem lib. de Poenitent.

9 Defleat peccator, quia offendens in uno factus est omnium reus.

Capitulum decimum.

Ignorantia non excusat Prælatum in peccatis subditorum h. e. quoad mysticum, & morale intellectum.

Gregorius in Regesto.

10 Quamvis cause; & infra: Non potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit, & pastor nescit.

Capitulum undecimum.

Pro spiritualibus homagium non præstatur.

Lucius III.

11 Indignum est, & à Romanæ Ecclesiæ consuetudine alienum, ut pro spiritualibus facere quis homagium compellatur.

REGULÆ JURIS CANONICI.

in 6. Decretalium.

Bonifacius Octavus.

1 Beneficium ecclesiasticum non potest licite sine institutione canonica obtineri. *Idem.*

2 Possessor malæ fidei ullo tempore non præscribit. *Idem.*

3 Sine possessione præscriptio non procedit. *Idem.*

4 Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum. *Idem.*

5 Peccati venia non datur nisi correcto. *Idem.*

6 Nemo potest ad impossibile obligari. *Idem.*

7 Privilegium personam sequitur: extinguitur cum persona. *Idem.*

8 Semel malus semper præsumitur malus. *Idem.*

9 Ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum. *Idem.*

10 Ratihabitionem retrotrahit, & mandato non est dubium comparari. *Idem.*

11 Cum sunt partium jura obscura, reo favendum est potius, quam Actori. *Idem.*

12 In Judicis non est acceptio personarum habenda. *Idem.*

13 Ignorantia facti, non juris excusat. *Idem.*

14 Cum quis in jus succedit alterius; justam ignorantiam causam censetur habere. *Idem.*

15 Odia restringi, favores convenit ampliari. *Idem.*

16 Decet concessum à Principe beneficium esse mansurum. *Idem.*

17 Indultum à jure beneficium non est alicui auferendum. *Idem.*

18 Non confirmatur tractu temporis quod de jure ab initio non subsistit. *Idem.*

19 Non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscet. *Idem.*

20 Nullus pluribus uti defensionibus prohibetur. *Idem.*

21 Quod semel placuit; amplius displicere non potest. *Idem.*

22 Non debet aliquis alterius odio pragrari. *Idem.*

23 Sine culpa (nisi subit causa) non est aliquis puniendus. *Idem.*

24 Quod quis mandato facit Judicis, dolo ficere non videtur, cum habeat parere necesse. *Idem.*

25 Mora sua cuilibet est nociva. *Idem.*

26 Ea, quæ sunt à Judice, si ad ejus non spectant Officium, viribus non subsistunt. *Idem.*

27 Scienti & consentienti non fit injuria, neque dolus. *Idem.*

28 Quæ à jure communi exhorbitant, nequaquam ad

consequentiam sunt trahenda. *Idem.*

29 Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. *Idem.*

30 In obscuris minimum est sequendum. *Idem.*

31 Eum, qui certus est, certiorari ulterius non oportet. *Idem.*

32 Non licet Actori, quod reo licitum non existit. *Idem.*

33 Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum. *Idem.*

34 Geneti per speciem derogatur. *Idem.*

35 Plus semper in se continet quod est minus. *Idem.*

36 Pro possessore habetur, qui dolo desit possidere. *Idem.*

37 Utile non debet per inutile vitari. *Idem.*

38 Ex eo non debet quis fructum consequi, quod minus extitit impugnare.

39 Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo. *Idem.*

40 Pluralis locutio duorum numero est contenta. *Idem.*

41 Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat quod per eum fuerat faciendum. *Idem.*

42 Accessorium naturam sequi congruit principalis. *Idem.*

43 Qui tacet, consentire videtur. *Idem.*

44 Is, qui tacet, non fatetur, sed nec utique negare videtur. *Idem.*

45 Inspecimus in obscuris, quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri consuevit. *Idem.*

46 Is, qui in jus succedit alterius, eo jure, quo ille, uti debet. *Idem.*

47 Præsumitur ignorantia, ubi scientia non probatur. *Idem.*

48 Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria, vel jactura. *Idem.*

49 In poenis benignior est interpretatio faciendæ. *Idem.*

50 Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem. *Idem.*

51 Semel Deo dicatum non est ad usum humanos ulterius transferendum. *Idem.*

52 Non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum. *Idem.*

53 Cui licet, quod est plus, licet utique quod est minus. *Idem.*

54 Qui prior est tempore, prior est jure. *Idem.*

55 Qui sentit onus, sentire debet commodum, & e contra. *Idem.*

56 In re communi potior est conditio possidentis. *Idem.*

57 Contra eum, qui legem dicere potuit, apertius est interpretatio faciendæ. *Idem.*

58 Non est obligatorum contra bonos mores præstitum juramentum. *Idem.*

59 Dolo facit, qui petit, quod restituere oportet eundem. *Idem.*

60 Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri. *Idem.*

61 Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum. *Idem.*

62 Nullus ex consilio (dummodo fraudulentum non fuerit) obligatur. *Idem.*

63 Exceptionem objiciens non videtur de intentione adversarii confiteri. *Idem.*

64 Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi. *Idem.*

65 In pari delicto, vel causa, potior est conditio possidentis. *Idem.*

66 Cum non stat per eum, ad quem pertinet, quominus conditio impleatur, haberi debet perinde ac si impleta fuisset. *Idem.*

67 Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit. *Idem.*

68 Potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum. *Idem.*

69 In malis promissis fidem non expedit observari. *Idem.*

70 In alternativis debitoris est electio, & sufficit alterum adimpleri. *Idem.*

71 Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum